



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

LXI. Errores Fritschii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

132 De primariis Precibus Imperialibus
dita concurrat, ultra menses reservatos,
eas sese extendere non posse, statuendum
videtur. Verum quamvis haec non sine
aliquo veritatis colore dicantur, malumus
tamen sententia Klockii adhaerere, qui op-
timè docet transactionem istam juri pri-
mariarum Precum majestatico, quod ante
aliquot centum annos, priusquam Concordia
illa lucem viderint, in pleno vigore
fuit, nihil derogare posse.

LXI. Hæc Fritschius in pluribus palmariter
Errores Fritschii errans; nam sicuti Concordata obstant
in mensibus reservatis Ordinariis, in
quibus Preces Imperiales concurrunt ad
tollendam libertatem electionis, vel col-
lationis Ordinariis datam in Concordatis;
multò magis illa obstarere debent ad
tollendam libertatem conferendi in aliis
mensibus, quam in iis, quos Pontifices
sibi reservarunt. Errat etiam aiendo,
Imperatori reservatos esse in Concordatis
~~menses~~ suos, in quo sane hallucinatus
est, cùm nil prorsus Imperatori fuerit
reservatum, aut datum; errat quoque
supponens indulta concessa dein per Sum-
mos Pontifices Imperatoribus, complecti
omnia Beneficia: quippe uti patuit ex
eorundem exhibitione, in illis Pontifices
obligarunt quidem Ordinarios exequi
Preces omnibus mensibus in Concordatis.